Fragmentarium

id omnis ecclesia per totum mundum diffusa. Adnuntiate
de die in diem hoc est de vetere in novo. salutare id xpm
Adnuntiate inter gentes gloriam eius id resurrectionem
quia terribilis est peccatoribus. qm omnes dii gentium
demonia dns uero caelos fecit id apostolos & praedicato
res. Confessio & pulcritudo in conspectu eius quia ille
pulcer est in anima qui prius confessus e in poenitentia.
Adferte dno patriae gentium adsur pastores dicit propheta
id extirpatas unas. fer alias & uterina gentium uement
ad dnm & si uenerit erunt in gloria dni. Tollite hostias ac
sidicat non ue maris uacui sed offerte ostias & sic introite
in atria eius hoc est in scam ecclesiam. Commoueatur a fa
cie eius universa terra id genitalitas per praedicationem
apostolorum. Dicite in nationibus quia dns regnavit
a ligno ab illo ubi fuit crucifixus quia ille qui fuit mor
tuus in cruce suspensus per signum crucis toto regnat in
mundo & per illum lignum correxit orbem terrae qui non
commouebitur quia super petram habet fundamentum
Laetentur caeli id praedicatores & exultet terra id
auditores. Commoueatur mare & plenitudo eius
id tota genitalitas ad fidem. gaudebunt campi id mites
fideles & humiles. tunc id in futuro iudicio ex
ultabunt omnia ligna siluarum id illi qui ante aduen
tum dni infructuosi fuerunt & postea crediderunt

PSALMUS DAVID Iudei quando
dnm crucifixerunt distructi fuerunt & restituti quando
compuncti corde poenitentiam egerunt. Iste psalmus
totus de resurrectione dni cantatur.

Dns regnavit exultet terra id apostoli in re
surrectione. Laetentur insulae multae id congre
gationes ecclesiae. Nubes & caligo id tenebro
si & ignorantes in circuitu eius non tui. Iustitia &
iudicium correctio sedis eius quia illi correctionem ha
bebunt & sedes esse di merebuntur qui iustitiam dili
gunt & iudicium amant. Ignis ante ipsum praecedit
& inflamavit in circuitu inimicos eius. Si de primo
uis aduentu intellegere istum ignem intellege gratia
sps sci de quo dns dixit ignem ueni mittere in terram
qui inflamavit inimicos & de inimicis fecit amicos.
si uero de secundo uis intellegere aduentu istum ignem in
tellege angelos qui praecedent ante eum & consument
ligna. fenum & stipula. aurum uero & argentum
& lapides pretiosos efficientur clariores. Adluxerunt fulgo
ra eius orbi terrae id apostolorum miracula in toto mun
do & mota est genitalitas de infidelitate ad fidem.
Montes sicut cera fluxerunt id superbi ad humilita
tem uenerunt & tunc adnuntiauerunt caeli id a
postoli iustitiam eius & uiderunt populi gloriam
resurrectionis xpi. Et tunc confusi sunt oms ado
rantes sculptilia & tunc laetata e sion id primitiua
ecclesia & filii Iude id filii confessionis. Lux or
ta e iusto & rectis corde laetitia. Recti corde dicun
tur cui omnia iudicia di placent illis orta e lux
fidei sps sci. PSALMUS DAVID

Cantate dno canticum novum. Novus homo
uenit in mundum novum mandatum ad ulti
mundo id euangelium. saluavit sibi dextera
eius dextera patris xps est & ipse sibi semetipsum
saluavit siue praedestinatus. & brachium
scm eius Idem ipse per brachium & per salutare quem a
notum fecit dns iudeis & gentibus quem a uiderunt id
crediderunt omnes termini terrae & psallant in cytha
ra id in opere & in tubis id praedicationibus & uoce tube
corneae. per cornu de carne nascitur & fortiore carne tuba
cornea intelleguntur sci qui in carne positi non secundu
carnem militant. Moueatur mare id gentilitas ad fidem.
Flumina id praedicatores plaudent manibus quia quod
praedicant uerbis operibus conplent id est ipsi montes
id praedicatores exultabunt qm uenit dns iudicare
terram id illos terrenos qui eu iudicauerunt PSAL. DD

Dns regnavit irascantur populi siue Iudaei siue gen
tiles quicumque non crediderunt irascuntur. qui sedes su
per cerubin moueatur terra. cerubin interpretatur scien
tia multitudo quia dns noster ihs xps & secundum carnem super
omnes angelos & super omnes scos qui pleni sunt scientia sedet
Tunc mota est terra id homines terreni de infidelitate ad fidem
unde xps uenit in mundum factus in sion id in ecclesia magnus & excel
sus & ibi in Iacob id in populo xpiano iudicium & iustitiam fecit. Ex
altate dnm dm nrm & adorate scabellum pedum eius. multi putant
hoc de corpore dixisse dominico aliter scabellum pedum ihu animae
sunt cadentes uerbi gratia petrum & paulum & ceteros apostolos
adorate id honorate qm sci est quia & illi in scitate perseverauer
Moyses & aaron in sacerdotibus eius & samuhel inter eos illi sacer
dotes sunt samuhel uero leuita tamen utrique exaudiri sunt apud
dm. In columna nubis loquebatur ad eos & illi custodiebant praecepta ei
& ds propitius illis in omnibus erat PSAL. IN CONFESSIONE
id in laude uel gratiarum actione quia non semper confessio peccati est
sed & laudis. Iubilate do omnis terra id omnes homines. Introite in
conspectu eius in exultatione id unusquisque in sca conscientia & ibi
quod melius e & utilius & perfectius penset & teneat & in hoc seruiat
do quia ipse est. Scitote qm dns ipse est ds acsi dicat ille quem uos crucifixistis & purum hominem esti
mastis ipse e ds & ipse fecit nos. Nos populus eius quia antea non populus;
& oues gregis eius illud & alias oues abeo. Introite portas eius in con
fessione id praedicatores in laudatione. Atria eius id ecclesia in ym
nis id in laudibus spiritalibus confitemini illi qm in aeternum misericor
dia eius id non solum in presenti sed etiam in futuro PSAL. DAVID

Misericordiam & iudicium cantabo tibi dne. Misericordia
audiant peccatores ne disperent de salute iudicium audiant
peccatores qui dicunt misericors est ds peccemus indulget
nobis. Psallam & intellegam in uia inmaculata qui aliquis psallit
intellegere debet quod psallit & inmaculatum secus dicere in uia
huius sci & tunc confidenter dicit de secundo dni aduentu quan
do uenies ad me. Ille hoc dicere potest qui in innocentia ambulat
cordis qui facientes praeuaricationes odit qui non habet cor prauu
qui declinantem in quantum potest persequitur ne amplius peccet
qui super bono non commiscitur qui cum fidelibus sedet & ambulat
sequitur uox dni. Ambulans in uia inmaculata hic mihi ministra
bat & cet. In matutino interficiebam oms peccatores terrae
id in iudicio ut disperderem de ciuitate dni id de congregatione
scorum oms operantes iniquitatem ORATIO PAUPERIS
CUM ANXIUS FUERIT ET CORAM DNO EFFUDERIT
PRECEM SUAM

Dne exaudi orationem meam
& rl quia defecerunt sicut fumus dies mei & ossa
mea id fortitudines aruerunt & infirme facte sunt quia
oblitus sum comedere panem meum id talem paenitentiam
egi ut etiam obliviscerer manducare. A uoce gemitus mei
adhesit cor meum id ita exsiccavi memetipsum ut sine carne essem

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.4, 8r – Commentarius in Psalmos; Commentarius in Proverbia Salomonis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cso6/2300/26727)